

aeque ac singulorum civium adiuvare, neque
 praevaricari neque iustitiae vadimonium turpiter
 deserere vel utilitatem ex suis ipsorum commo-
 dis privatis solummodo metiri cupiunt, nomina-
 tim si incident tempora et calamitates, ubi in
 publica commoda offensis forsan aliorum cupiditi-
 bus libere sentire, ex animi sententia dicere
 et agere oporteat — ¹). Sed cum in capeſſendo
 magistratu academico nunc quarta vice in me-
 delato obsequium omnino praestandum duxi
Vestro, Patres venerandi, honorifico decreto,
 communi suffragiorum conſpiratione prolato
 atque deinde Regis *Augustissimi Clementissimi*
 iuſſu confirmato, illud obsequium nunc publice eo
 magis officioſe et lubenter praefiti; quo magis
 fiduciam optimo ſane iure colloquare poſsum in
Vestra, Fautores et Collegae optimi, quorum
 ſcilicet auctoritate res arduae omnino erunt
 agendae, confiliis, prudentia et virtutibus; deinde
 in *Vestrīs, Cives* in laetam ſpem et ſalutem pa-
 riae efflorescentes, virtute et ſtudiis bene mo-

1) comparetur *Francisci Ernesti Vogt Icti Kiloniensis* quondam celeberrimi oratio: *de majeſtate imperantium legibus alligata*, habita Kiliae cum Prorectoris munus fusciperet 1732.
 pag. 2. 3.